

## Band VII., Nr. 2499, Seite 364-366

*Abt Heinrich und Konvent von Weißenau verkaufen um ihrer Schulden willen der Äbtissin Thutecha und dem Konvent von Baindt ihren Hof in Sulpach um 220 Mark Silber.*

Weißenu, 1275. Mai 8.

Universis<sup>a</sup> hanc paginam inspecturis nos frater Hainricus divina miseratione abbas et conventus Augie Minoris apud Ravensburg Premonstratensis ordinis Constantiensis dyocesis notitiam subscriptorum cum salute. Ad tollendam in posterum calumpniandi materiam necessitas exegit facta modernorum scripturarum serie perhennari. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum monasterium nostrum propter malignorum hominum insultus varios multis esset debitis oneratum nec posset creditoribus propter penuriam de pecunia sibi credita dampnis et usuris excrescentibus in immensum satisfacere, ad exonerandum autem dictum monasterium a dampnis huiusmodi possessiones nostras, videlicet curiam in Sulbach cum omnibus suis pertinentiis agris pratis pascuis silvis nemoribus virgultis areis novalibus aquis aqueductibus piscinis piscationibus decimis molendinis viis inviis semitis itineribus terris cultis et incultis et omnibus iuribus consuetudinibus et pertinentiis eorundem aliisque appendiciis omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus et ad plenam libertatem competentibus, quia omnia iure proprietatis nostro monasterio pertinebant, pro ducentis et viginti marcis argenti legalis ad pondus Constantiense tradendo cum omni sollempnitate et legalitate, que in huiusmodi contractibus venditionum adhiberi solet, venerabilibus in Christo Thūlechun abbatisse et conventui de Biunde ac per eas ipsorum monasterio vendidimus proprietatis titulo pleno iure perpetuo possidenda, omnium eorum quorum intererat et, specialiter reverendi patris et domini Rūdolphi dei gratia Constantiensis episcopi et sui capituli nec non domini et patris Berhtoldi abbatis de Rotte sui que conventus accedente consensu et voluntate. Peccuniam vero predictam plene et integraliter nos profiteremur recepisse et in usus nostri monasterii utiliter expendisse. Et quia dicta venditio nobis nostroque monasterio est utilis et fructuosa, renuntiamus in ipsa venditione traditione tam pro nobis quam nostris successoribus nostroque capitulo ac ecclesia nostra omni iuri canonico et civili legum auxilio consuetudini statuto privilegio monachatus et fori statutis et

---

<sup>a</sup>Mit großer Initiale.

## II

observantiis nostri ordinis appellationis remedio beneficio restitutionis in integrum exceptioni non numerate peccunie omnibus litteris apostolicis et indulgentiis inpetratis vel inpetrandis generaliter et specialiter omni exceptioni seu defensionem nec non omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, quibus vigor presentium posset irritari vel inpediri ullatenus aut infringi. Promisimus etiam dicto monasterio de Biunde pro nobis et nostris successoribus warandiam prestare in civili et ecclesiastico iudicio de omnibus premisis, quandocumque vel quotienscumque ab ipsis vel eorum nuntiis fuerimus requisiti. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, presens instrumentum exinde conceptum et monasterio de Biunde traditum pro testimonio et cautela sigillo nostro et sigillo conventus nostri cum sigillis reverendi in Christo patris et domini Rūdolphi dei gratia Constantiensis episcopi eiusque capituli ac etiam patris et domini Bertholdi abbatis de Rote et sui conventus nec non sigillo communitatis de Ravensburg duximus muniendum. Acta sunt hec apud Augeam Minorem in domo et monasterio nostro, anno domini MCCLXXV., VIII. idus Maii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero priore, Volkmaro sliusselario, Marquardo custode, Burkardo de Marhdorf, Hainrico dicto Geltkaese de Uberlingen, Jakobo de Constantia, Hainrico de Wintertur, Johanne de Liehtenvelt, Rūdolfo de Eggehartskilch, Hainrico dicto Yppeli et Dietrico cellerariis, Riudegero de Bregenz, Cunrado et Hermanno fratribus dictis de Mūzenhuse, Hainrico dicto Mūmer, Hainrico de Walgersruti, Hainrico de Bibrugge, Bertholdo de Appenwiler, Walraven, Cunrado et Wilhelmo pistoribus, Ulrico infirmario, Ulrico textore, Ulrico fabro, Burkardo fabro, Hainrico de Maisuntal<sup>1</sup>, Hainrico et Hartmanno vinitoribus, Cunrado de Marhdorf, Wernhero de Vilingen, Burkardo de Constantia, Hermanno de Lindaugia, Hainrico Wanner, Rūdolfo de Vidanshoven, Hainrico de Bafendorf, Walthero ministro de Vidanshoven, Willehelmo et Alberto fratribus dictis die Stier monachis et conversis domus nostre, Cūnrado subcellerario et Ulrico Gratario monachis de Salem, Hainrico capellano de Biunde et Cunrado de Marhdorf sacerdotibus, Herbortone notario, Hainrico advocato de Sumerowe et Jacobo dicto Manstuk, Hainrico Theloneario, B. dicto Zerer, Friderico dicto Segelar, Cūnrado Nadelaer, Hermanno Bader, Sivrido ministro, Cūnrado Salzeli, Cūnrado Sateler, Philippo, Bertholdo Zinsmaister, Bertholdo de Wiene, Hainrico Holbain, Hermanno Kever, Cūnrado Sporer, Sivrido cerdone, Cūnrado Vriese, Hainrico Wolfegger, Diettone, Hainrico Maegenzer, Hermanno dicto Regenolt et Cūnrado Sporli de Tetenang civibus de Ravensburg, . . . dicto Vrige de Baiervurt et Waltero Edel de Baiervurt et aliis quam pluribus probis viris. Nos Rūdolffus dei gratia Constantiensis episcopus et nos Cunradus prepositus et Walkonus decanus maioris ecclesie Constantiensis totumque

---

<sup>1</sup>Mariatal.

### III

capitulum Constantiense predicta omnia profitemur esse vera et sigilla nostra ad petitionem partium predictarum huic cedule duximus apponenda. Nos vero Berhtoldus abbas et conventus monasterii de Rôte predicta omnia prout premissa sunt profitemur esse vera et sigilla nostra similiter pro maiori cautela huic instrumento duximus apponenda. Nos vero Oswaldus minister et consules civitatis de Ravensburg idem profitemur sigillum communitatis nostre huic cedule apponentes pro maiori securitate ad petitionem partium predictarum.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Mit noch erhaltenem 1. 3. 4. 5. 6. Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, während vom 2. und 7. nur noch Teile der Pergamentstreifen vorhanden sind: 1) Das Siegel des Bischofs Rudolf von Konstanz, spitzoval, 67, 41 mm, (III. A. 2. b.): Der auf einem mit Hundsköpfen und -tätzen verzierten Stuhl sitzende Bischof im Amtsschmuck, in der rechten Hand den Bischofsstab, mit der linken ein geschlossenes Buch auswärts haltend: Umschrift: + *Sigillum* . RVODOLFI . DEI . GRA[CIA . EPISC]OPI . *con*STANT . ECCE. 3) Das Siegel des Abts von Rot, spitzoval, 57, 34 mm, (III. A. 2. a.): Der stehende Abt, in der Rechten den Stab, mit der Linken ein offenes Buch vor die Brust haltend; Umschrift: + SIGILLVM . ABBATIS . DE . ROTA. (nach der Urkunde von 1276 Jan. 9 ergänzt.) 4) Das Siegel des Konvents von Rot, rund, 60 mm, (II. B.): Die auf einem verzierten Thron sitzende Maria, das Christuskind auf dem Schoß; Umschrift: [+ S]IGILLVM . CONVENTVS . DE . ROTA. 5) Das Siegel des Abts und 6) des Konvents (c. 53, 28 mm) von Weißenau, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1874 (WUB, Bd. VI, S. 268).<br> <br> Auf der Rückseite der Urkunde ist über jedem Siegel an der Stelle, wo der Pergamentstreifen durch die Urkunde geschlungen ist, der Name des betreffenden Sieglers von gleichzeitiger Hand verzeichnet (*Episcopi Constant.*, *Capituli Constant.*, *Abb. de Rot*, *Conventus de Rot*, *Abb. Augensis*, *Conventus Auge*, *Communitatis de Ravensburg*).

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

### Signatur/Titel des Originals:

WoBai U 62

### Überlieferung und Textkritik:

Original war ehemals in Baintd. Deutsche notarielle Übersetzung auf Pergament von 1444 Januar 13: HStA Stuttgart B 369 U 215.

### Regesten:

Diözesan-Archiv von Schwaben. Organ für Geschichte, Altertumskunde, Kunst und Kultur der Diözese Rottenburg und der angrenzenden Gebiete 1 (1884) - 25 (1907), (1890), S. 81, Nr. 63. Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 2388.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Weißenu

### Ortsindex:

Appenweiler Wohnplatz (17849) <br> Appenweiler, Friedrichshafen, FN <br> Baienfurt Wohnplatz (19174) <br> Baienfurt, RV <br> Baintd Wohnplatz (19193) <br> Baintd, RV <br> Bavendorf Wohnplatz (20024) <br> Bavendorf, Ravensburg, RV <br> Bibruck Wohnplatz (18148) <br> Bibruck, Oberteuringen, FN <br> Bregenz, Vorarlberg, Österreich <br> Eggartskirch Wohnplatz (20042) <br> Eggartskirch, Ravensburg, RV <br> Fidazhofen Wohnplatz (20047) <br> Fidazhofen, Ravensburg, RV <br> Konstanz Wohnplatz (14442) <br> Konstanz, KN <br> Lichtenfeld Wohnplatz (20679) <br> Lichtenfeld, Ebersbach-Musbach, RV <br> Lindau, LI <br> Mariatal Wohnplatz (20095) <br> Mariatal, Ravensburg, RV <br> Markdorf Wohnplatz (18037) <br> Markdorf, FN <br> Muttenhaus Wohnplatz (19470) <br> Muttenhaus, Guggenhausen, RV <br> Ravensburg Wohnplatz (20120) <br> Ravensburg, RV <br> Rot an der

Rot BC<br> Rot an der Rot Gemeinde (17494)<br> Schloss Sa-  
lem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Sulpach  
Wohnplatz (19207)<br> Sulpach, Baidt, RV<br> Summerau Wohn-  
platz (18136)<br> Summerau, Neukirch, FN<br> Tett nang Wohn-  
platz (18371)<br> Tett nang, FN<br> Villingen Wohnplatz (13977)<br> Villingen, Villingen-Schwenningen, VS<br> Wain Wohnplatz (17743)<br> Wain, BC<br> Walchesreute Wohnplatz (18379)<br> Walchesreute,  
Tett nang, FN<br> Weißenau Wohnplatz (20163)<br> Weißenau, Ra-  
vensburg, RV<br> Winterthur, Kt. Zürich, Schweiz<br> Überlingen  
Wohnplatz (18447)<br> Überlingen, FN